Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



122

prodiuersitate uitiorũ & inter praelatione
nominũ quae in uisione tyri posuimus diuer
sas possumus intellegere nationes. Unde &
apostolus uos inquit gentes in carne quidici
mini praeputiũ, nũquam enim dixisset in carne
gentes nisi essent aliae spũ & in alio loco uide
te israel secũm carnem. unde magno pere pro
uidendũ est ne corde reuertamur in aegyp
tum de qua semel exiuimus & inter celeras
gentes inueniamur. & pereamus gladio de
quo in consequentibus dicitur, iuuenes heliu
poleos & bubasti gladio cadent. Maxime
cum iungatur & filiu terrae foederis siue tes
tamti mei simul mucrone ferientur.
de quibus scriptũ est. uae qui descendunt
in aegyptũ ad auxiliũ in equis & curribus con
fidentes. sin autẽ celerarũ gentiũ homines
trucidantur in aegypto quanto magis filii
foederis & testamtidi qui contemnentes an
gelorũ panem aegypti peponũ & cepe &
aliorũ olerum recordati sunt, tunc
corruent sustentacula & fulcra aegypti
quae eam in nequitia sustentabant. dialecti